



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 7. Firmum Galliarum Regis propositum de plectendis Episcopis
refractariis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

inter furentes sævæ tempestatis procellas Sæc. XVIII.
 capiti tuo imminentes nil boni præfagire vi- A. C. 1715.
 detur: loquentem excepit Noaillius di-
 cens: tolerare cogor, quæ impedire ne-
 queo, scias autem, quod si relatio, quam
 de actis circa Constitutionem Regi reddere
 jussi estis, veritati consentanea non erit,
 responsum vulgaturus sim fors tibi oppido
 molestum; ad id pro tua prudentia ne me
 compellas velim; quam grave enim scanda-
 lum fidelium, acerrima Episcoporum inter
 se contentio!

§. VII.

*Firmum Franciæ Regis propositum
 de plectendis refractariis
 Episcopis.*

Postquam Ludovicus XIV. Galliarum Dorsanno
 Rex iterato experientiz documento Journal
 didicerat, sua indulgentia, & Pontifi- pag. 207.
 cis fluctuatione tam Noaillum Cardi- Act. publ.
 nalem, quam ceteros Episcopos oppo- Const. p. 185.
 nentes magis indies in sua pervicacia Mem. Hist.
 obdurescere, hinc firmum delibera- Et Politiq.
 tumque habuit, Noaillii causam pro- Sep. 319.
 ximi Concilii judicio decidendam com- Nov. 536.
 mittere. Eapropter non modo Ponti-
 ficis consensum pro celebrando hoc
 Concilio impensius sollicitavit, sed e-
 tiam eidem pollicitus est, quod ejus
 Bullam, qua Episcopi opposcentes in-
 termi-

Sæc. XVIII. terminatis etiam pœnis ad acceptan-
 A. C. 1715. dam Bullam postremo adigerentur, ante
 Concilii initium executioni mandare
 velit, sique præfati Præsules adhuc-
 dum sese submittere recusaturi essent,
 tanquam rei in Concilio plectendi fo-
 rent: Verum Pontifex denuo delibe-
 randi spatium sibi concedi petiit, in-
 terea vero opposcentes rem serio agi
 animadvertentes, atque in Concilio
 caussa sua cadere veriti, impendens
 exitium prævertendi media sollicite
 quærebant: e contrario autem acce-
 ptantes Episcopi faustum futuri Con-
 cilio successum ex hac ipsa opponen-
 tium consternatione sibi pollicebantur,
 datisque ad Papam literis ipsum ad
 urgendam Regiæ voluntatis executio-
 nem stimulabant: Insuper Rex Pon-
 tificis tergiversationes ferendo impar,
 Rohanio Cardinali negotium dedit,
 ut cum Commissariis nuper in Parisino
 Conventu selectis de opportunis cele-
 brandi Concilii mediis deliberaret:
 Una erat omnium vox, sententia,
 miraque voluntatum consensio; una-
 nimi igitur suffragio conclusum, op-
 ponentes Episcopos jure a Concilio
 excludendos esse; solus tamen Bezo-
 nius Burdegalensis Archiepiscopus exe-
 cutionem morabatur; quamvis enim,
 ajebat ipse, ex actis authenticis pu-
 blico

blico prælo vulgatis Bullam *Unigenitus* Sæc. XVIII. A. C. 1715.
 a potissimis Regni Episcopis accepta-
 tam fuisse, tam luculenter constaret,
 ut nullus ignorantiam obtendere vale-
 ret, nondum tamen authentica hujus
 acceptationis notitia Episcopis oppo-
 nentibus fuisset communicata: ne ergo
 hi ob omiffam hujus notitiæ solemnitatem
 reclamandi ansam arriperent. curan-
 dum foret, quatenus per Regiam declara-
 tionem cunctis refractariis Episcopis,
 ut sese ceteris majoris numeri Præsu-
 libus conformarent, injungeretur, om-
 nesque Parlamentorum Præsides man-
 data Præfulum illorum, qui in suis Pro-
 vinciiis præfatam Bullam acceptarunt,
 cunctis Episcopis exhiberent: Equidem
 hæc declaratio data est die decima
 sexta Julii, quominus tamen ad Par-
 lamenti tabulas referretur, resistere omni-
 virium contentione Regii Senatores,
 caussati, hanc Bullam nondum in *Ec-
 clesia* vim legis obtinuisse, [proin nec
 in *Regno* legis auctoritatem consequi
 posse, prius igitur aliquot annorum de-
 cursum esse expectandum, donec de
 tacito totius Ecclesiæ consensu judicari
 possit, nihilominus Rex, urgente Can-
 cellario tam firmiter suo institit propo-
 sito, ut ipse Parlamento Curiam ac-
 cedere, eique præcipere statueret, ut
 suam declarationem ad acta referret,
 firmi-

Sæc. XVIII. firmiter enim sibi persuasum habebat,
A. C. 1715. quod Parlamentum hac repugnantia
 nonnisi Regis iussa eludere niteretur,
 præcipue cum olim iidem Senatores
 Regii, quamprimum Feneloni Came-
 racensis Archiepiscopi librum Romæ
 confixum compererant, huic censuræ
 sine ulla tergiversatione, aut ejusmodi
 difficultatum oppositione adhæsis-
 serunt, *adhæremus, inquiebant, huic doctrina
 adeo puræ, quam Caput Ecclesiæ, S. Pe-
 tri Successor, & Christi Domini Vicarius,
 ac communis fidelium Pater sua decisione
 confirmavit.*

Verum infausta, & toti Ecclesiæ
 infesta Ludovici Regis mors cunctis
 adeo salutaribus consiliis remoram po-
 suit, & Quesnellistis deposita Janse-
 niani Phantasmatis larva, sub qua sese
 occultabant, aperta fronte Ecclesiam
 insectandi libertatem reddidit. Haud
 tamen injucundum erit erudito Le-
 ctori, si adjunxero ipsam Ludovici XIV.
 Franciæ Regis declarationem, quam
 contra Episcopos opposcentes, si rebus
 supervixisset, promulgare constituit:
 Erat autem hujus tenoris:

„Fidei puritatem in nostris Regnis
 „illibatam servandi sollicitudo semper
 „inter prima officii nostri debita repo-
 „suimus, nec unquam uberiore solatio
 „repleti fuimus, quam si Divina Pro-
 „viden-

„videntia mihi Zelum meum, piasque Sæc. XVIII.
 „voluntates exequendi occasionem sup- A. C. 1715.
 „peditavit. „

„Exortæ fuerunt graves altercatio-
 „nes circa Reflexionum moralium li-
 „brum, his vero ut remedium oppo-
 „namus, sacræ Sedis iudicium expeti-
 „vimus, & Sanctitas sua in urgenti
 „hac Regni nostri necessitate per Bul-
 „lam *Unigenitus*, suam transmisit deci-
 „sionem, quæ etiam Mense Februario
 „Anni 1714. a numerofo Cardinalium,
 „Archiepiscoporum & Episcoporum tunc
 „in variis Diæcesum suarum cauffis
 „apud nos agentium, & hanc in rem
 „iussu nostro jam Mense Octobri con-
 „vocatorum conventu acceptata fuit.
 „Eapropter visa hac approbatione,
 „prout in eiusmodi negotiis, Regni
 „consuetudo fert, Regias nostras lite-
 „ras expedivimus, injungentes, ut
 „præfata Bulla ad acta referretur, ea-
 „que in omnibus nostris Provinciis &
 „ditionibus nostro Imperio subjectis ple-
 „ne secundum ejus formam & teno-
 „rem executioni daretur. „

„Hujus Conventus, cujus decisio-
 „nes omni veneratione dignæ sunt, sen-
 „tentiam non modo omnes ferme Gal-
 „liarum Episcopi, sed etiam omnes Ca-
 „tholici Præsules unanimi consensu
 „amplexati sunt, unde non sine sin-
 „gulari

Sæc. XVIII. „gulari Dei Apostolicam decisionem
 A. C. 1715. „comprobantis providentia factum esse

„videtur, quod hæc Constitutio non
 „simpliciter tacito consensu, uti circa
 „Bullas contra Bajum & Molinosium
 „editas contigit, sed authenticis & so-
 „lemnibus monumentis a plurimis to-
 „tius Europæ Episcopis reciperetur. „

„Hac ipsa, eaque communi Pasto-
 „rum cum suo Capite unitorum con-
 „sensione cor nostrum pleno abundasset
 „gaudio, nisi infausto prorsus fato qui-
 „dam nostri Regni Præsules a com-
 „muni semita deviasent, & horum ali-
 „qui mandata sacræ Sedi, & Franciæ
 „Clero injuriosa divulgassent, alii vero
 „acceptationi a præfato Conventu fa-
 „ctæ sese conformare detrectassent: Hi
 „in suæ repugnantix defensionem ca-
 „ptiosa supertugia, confictas aut fri-
 „volas conscientix anxietates excogi-
 „tarunt, eo duntaxat consilio, ut li-
 „brum damnatasque propositiones a
 „censuris vindicarent, Bullam ipsam
 „suo robore destituerent, & illius ac-
 „ceptationem tanquam minus legitime
 „factam traducerent, proin totum Pa-
 „storum Corpus de injustitia postu-
 „larent. „

„Cum ergo schisma & dissensionem
 „præpedire, Ecclesiæ pacem procu-
 „rare, & Sacra Decreta defendere ob-
 „stricti

„stricti simus, fors horum audaciam Sæc. XVIII.
 „non minus religioni noxiam, quam A. C. 1715.
 „Novatoribus propitiam jam in suis
 „incunabulis, præfocare debuiffemus,
 „hucusque tamen nonnisi patientiæ ar-
 „mis pugnauimus, semper sperantes, quod
 „paterna Vicarii Christi Domini mo-
 „nita, nostræ clementia plenæ adhor-
 „tationes, omnium Pastorum exem-
 „pla, Ecclesiæ sacræque Sedis au-
 „ctoritas, necnon biennii ferme spa-
 „tium ad deliberationem indultum tan-
 „dem a veritate devios ad rectam se-
 „mitam sint revocatura, & ii, quos
 „proprii iudicii pertinacia obcæcavit,
 „saltem Ecclesiæ iudicio aquieturi sint. „

„Quamvis autem nos eorum per-
 „vicacia spe nostra frustrarit, non ta-
 „men nostræ, qua usi hucusque su-
 „mus, moderationis & patientiæ nos
 „pœnituit: nunc vero indulgentiæ no-
 „stræ limites ponere cogimur, nec ultra
 „dissimulandum censemus, ne vulnera
 „Ecclesiæ inflictâ nobis imputentur,
 „si remediis in eiusmodi causa per
 „S. Canones præscriptis plagam sanare
 „negligeremus. „

„Ut tamen adhuc clementiæ no-
 „stræ postremos conatus adhibeamus,
 „& ultimum arietem Præfulum cordi-
 „bus admoveamus, nil aliud ab eis
 „petentes, nisi ut sese Pastorum Cor-
 „pori

Sæc. XVIII. „pori conforment, statuimus, eis, prius-
 A. C. 1715. „quam illos Legum Canonicarum se-
 „veritati tradamus, districte præcipere,
 „ut ad exemplum centum ferme &
 „viginti Regni nostri Præsulum pariter
 „Bullam *Unigenitus* acceptent, si vero
 „in sua pervicacia persistierint, eis-
 „dem declaramus, nos sine ulla mora
 „remedia usu, ac legibus Ecclesiasticis
 „comprobata opposituros.,

Hanc ob causam Cardinalibus,
 „Archiepiscopis & Franciæ Episcopis,
 „qui Constitutionem *Unigenitus* vel non-
 „dum acceptarunt, vel in suis Diæce-
 „sibus promulgare neglexerunt, aut
 „illam quidem receperunt, sed non-
 „nisi per simulatam acceptationem,
 „quæ re ipsa Constitutioni & cetero-
 „rum Pastorum acceptationi contraria,
 „& adeo opposita est, ut si toleraretur,
 „certo schismati & inter Episcopos dis-
 „sensionem viam aperiret, hos igitur hor-
 „tamur. simulque eis injungimus, ut
 „præfatam Constitutionem recipiant
 „conformiter ad acceptationis acta in
 „Cardinalium, Archiepiscoporum no-
 „strique Regni Episcoporum conventu
 „concepta & approbata, & ab omnibus
 „ferme ceteris Archiepiscopis atque
 „Episcopis ab hoc Conventu absenti-
 „bus adoptata: Præcipimus, ut di-
 „ctam Constitutionem in omnibus sua-
 „rum

„rum Diæcesium Ecclesiis prælegi & Sæc. XVIII.
 „promulgari curent, & sui Officii ta- A. C. 1715.
 „bulis inferi jubeant . . . secus con-
 „tra eos Cardinales, Archiepiscopos
 „& Episcopos, qui præfatam Bullam
 „acceptare recusaverint, ac intra præ-
 „fixum quindecim dierum in forma
 „præscripta eam prælegi, ac promul-
 „gari neglexerint secundum omnem ri-
 „gorem a S. Canonibus præscriptum
 „esse procedendum &c.„

Præterea inter scripta Chauvelini
 Generalis Advocati reperiebatur P.
 Tellieri epistola die secunda Aprilis
 ad eundem data, in qua hæc lege-
 bantur: „Severissimum edictum vix
 „non jam est confectum, ipsemet Rex
 „adibit Parlamentum, & die vigesima
 „Augusti amoto Procuratore Generali
 „subrogabit Te, atque ad tuam petiti-
 „onem Rex suam sententiam ad acta
 „referri postulabit; Regiæ etiam literæ,
 „quibus Cardinalis Noaillius compre-
 „hendi jubebitur, jam sunt paratæ, ipse
 „valido milite stipatus ad arcem *petræ*
 „*incisæ* raptabitur, everso hoc idolo,
 „nil ultra timendum &c.„